

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Primordia monasterii D. Ettonis, incrementum, abbates,
etc. - Cod. Ettenheim-Münster 155**

[S.l.], 1686

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-113609](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-113609)

De Monasterio Divi Etonis
Brevis historia.

De ortu, et progressu Monasterij Divi Etonis
 §: Vulgo *Einheim-Münster*: narrationem
 proposituri, praemonendum duximus, eo in
 loco, ubi modo situm est Canobium hoc, adia-
 centesq' pagi *Münsterthal*, et *Münsterhof*
 ad eundem Canobij ius, ditionemq' spectantes,
 vastam solitudinem, densis confitam arboribq'
 antiquitus extitisse; qua autem occasione
 incultum hoc et sterile solum excoli, et de-
 inceps cum a Religiosis Benedictinis, tum a
 Laicis incolli, et inhabitari ceperit, ac pro-
 inde de primo eiusdem Eremiti Colono Sancto
 rimirum *Sandelino Mart.* paucis dicendum
 videtur, a quo tanquam a causa dicenda de-
 pendent, originemq' trahunt, unde legenti
 cuncta magis perspicua fient.
 Ex florentissimo Scotiae viridario nobile

germen Sandelinus, electus Libani Surcu-
lus pullulavit, quem regalis prosapia christia-
nissimi parentes moribus optimis imbuerunt:
et cum iam Christi amor firmas in eius corde ra-
dices egisset, et etate ephebus, ac sapientia
grandior rerum humanarum caducitatem, ac
vanitatem clarè perspexisset, patriam, pa-
rentes, et inclytum genus, fallaces opes,
aliarum malorum irritamenta deserere sta-
tuit, et liberius in alieno solo deorava-
turus.

Itaque epul spontè factus, longo itinere terra,
marig^o emens, in Alsatiam, et Rheno tra-
iecto in Mortinaviam venit, circa ea,
ut creditur tempora, quibus S. Florentius,
et ipse Scotus patrio solo egressus una
cum S. Arbogasto, alijs socijs religiosi
Benedictinis in Alsatiam pervenit. Porro
vir sanctus iuxta præterfluentem rivulum
Undiram ad interiora dicti nemoris pe-
nitus exploranda, et locum pro habitatione

sibi idoneum inquirendum ascendens, eo loci,
 ubi torrens Lutembach Undizam influit, sedem
 figens, pro construenda humili Casa idoneum
 spatium aptavit, cultu inculto prorsus et hor-
 rido, victug' aspersus usus, desertum austeras
 penitentia, penitentiamq' austeri deserti
 sibi delegit.

Accidit autem, ut is a Venatore Reguli cuius-
 dam, nomine Gisoci, proximum Castrum inco-
 lentis, et in vicina illa loca imperium te-
 nentis, per saltum et lustra nemoris ca-
 num indagine feras, ad Virum Dei, tanquam
 ad Asylum quoddam confugientes insectante
 conspiceretur, et qualiter Canes, posito la-
 tratu, priores in terram pedes ante Virum
 Dei venerabundi incurvarent, ipse Vena-
 tor mirabundus corneret, rem maleficiis tri-
 buens artibus, ex viro Dei, quisnam esset, unde
 venisset, quid rerum hui' ageret, aut cuius licen-
 tia nemus isthoc ingressus esset, percontatur.
 Ad qua Landelinus illi placide sic humiliter
 se amore Christi exulem in hac Erema epem
 plo antiquorum Anachoretarum in peniten-

tia, et exercitijs spiritualibus Deo servire decre-
visse respondit, quibus et similibus verbis ille minime
placatus, sed audito Christi nomine, et Religione,
quam ut supersticiosam tanquam homo gentilis
habebat, verbis eius nihil fidei tribuens, magis
efferatus, acrioribus convitijs Servo Dei insultans
exprobrat illi claudulariam eius, et furtivam in Sal-
tam intruisionem sibi videri ad insidias feris
struendas adornatam. Quam calumniam dum
Dei Servus a se mansuetè ac leniter absterge-
re conatur, magis barbarum illum Venatorem sibi
iratum, atroci Vultu, et stricto gladio minas
sibi intentantem conspicuens, in genua pro-
cidit, et se, et causam presentem Deo plene com-
mittit: interim crudelis Latio accurrens Dei
viro caput ferali ictu praescindit.

- In per antiqua intra Ecclesiam Munchwyh
ranam s: ubi eiusdem S. Martyris sacra Cip-
sana, recõdita habentur: per parietem cæmen-
titium deducta secundum rerum gestarum vicæ
eius ordinem picturâ, quo et vetus eiusdem
Sancti vitæ Scriptor Lectorem remittit, clare
exprimitur, Supplicio et interemptioni Viri

DEI personaliter interfuisse Regulus, quasi suo
met. iussu illata, ut aue ipse in consecrandis feris
suam per id tempus commodaret operam, aut iniqua
ad ipsum Venatoris facta delatione ductus De Castro
suo proxime sito accelerans Sanctum Dei Virum
varie afflictum necari iusserit.

Porro adempta et erepta S. Viri innocenter vita,
Caput, res mira! ubi desiliit, unaq; ex anime corpq;
extensis in modum crucis brachijs in terram ebr
ruens humum tetigit, mox quinque fontium Vena,
una ad caput occidentem versus, duae aliae ad
pedes, orientem, ambae aliae dextera, levraq; ad
Septentrionem et meridiem inundatione copiosa
eruperunt, quae hodieq; fluxu continuo emanant,
duobus modo fontibus illis ad pedes scaturientibq;
in unum contractis. Quibus DEUS Servi sui in
nocentiam et sanctitatem ex his latebris
palam facere, ac divulgare statuit.

Statimq; plurimum aliorum claruit Sanctus Vir edi
tione signorum, sacrum namq; eius Corpus recen
ti sanguine respersum divino nutu repertum;
Puella quaedam luminibq; orbata attactu sangui
nis eius ad oculos mox visum recepit; sublatum

inde à quibusdam devotis Fidelibus beatum pignus
per quadrantis hora spatium intra ipsam filram
procedentibus ita firmiter, dum illi ex capta
Defatigatione paulisper respirarent, terra
adhaesit, ut inde amoveri nequiverit; quo per
spicuo signo concluderunt S. Martirem ibi
idem sepulturae locum sibi designasse: Libiti
nam etiam de more reverenter parant, hu
mumq; effodientes sacras Excuvias obsequiose re
condunt, aridumq; eius Baculum, quo in pere
grinatione fuerat usus, supergesta terra,
seu tumulo desuper infigunt, qui statim con
cepto virvire germinans proceram excrevit in
arborem; de cuius ligno ad luctuosa usq; belli
Succici tempora habebatur.
His, alijsq; prodigijs, veloci rumore vulgatis, ex
citi fideles eius, et ultra Ahenum degentes tur
matim frequentare Sepulchrum, stacas suppli
cationes instituerunt, preces pro incolumitate,
et necessitatibus fundere, et figere casus ca
perunt. Ita ut locus ille antea desertus et
incultus, factis hominum undiq; adventantium
concurfu inhabitari, silvestres circum circa
excindi arbores, dum ea Vepres eruncari, bus
excoli, et sementari, plantari vinea, locusq; in

pagum s. qui modo vulgato nomine *Nünys* ⁵
appellatur. Adolefcere coeperit. Viri quoq; reli-
giosi ea se conferentes ad imitationem huius
Sancti Mart. vitam instituere solitariam,
sed et Canonicorum s. cuius adhuc rudera extant
Eremitorium B. Virginis nuncupatum Dei et
hominum auxiliis extruentes loco ab hominum
confortio remoto, in monte videl: nemoroso ad
plagam Septentrionalem, in cuius pede praefata
S. Martyris sepultura existit, longissimo ibidem
tempore vitam cum monastica disciplina obser-
vantia sub regula et institutis B. Patris Benedi-
cti sancte traduxerunt. Hac ergo sunt et de-
ductae in his locis colonia, et institutae fami-
liae Benedictinae primordia.

Quinam autem in praefato Eremitorio Religiosi
fuerint praefuerintq; Abbates, penitus ignoratur,
an periculis per frequentia Bellorum damna, eaq;
gravia huic regionibus illata Documentis, an
incuria hominum res gestas insignium virorum,
et temporum, observatu dignas conscribendo po-
teritati committere negligentium, an vero alijs
funestis casibus id acciderit, incertum habetur;
nisi unum excipiamus Wiegernum, qui eiusdem
Eremitorii ultimus videtur extitisse Abbas:

circa cuius tempora vel per hostilem manum,
vel alium eventum luctulosum verso in ruinam
et monasterio: Ex ambusto tamen intra muros
ligno, quod a comprimantibus undiq' muris peni-
tus comburi nequivit, arguitur locum incendio
fuisse absumptum: eiisdem alium in locum
commodiorem subinde facta translatio est.

Wiggerus itaq' vir magna, et antiqua reli-
gionis, primus huius loci, in quo nunc consistit,
exitit fundator, et Pater: hunc Regio villanus
Wiligernum, Gebwillerus Wilgernum, Bruschius
Wiggerum, Wiggerinum alij vocant. Eremitorium
ut diximus, pessum ito, re in maturam delibe-
rationem accepta, constituit non amplius in an-
tiquo et labyrintho habitationis loco, sed in imo
Vallis, Deo si animum eius inspirante, non pro-
cul a S. Landelini Kart. stadiis pro novis Mo-
nachorum cellis extruendis suscipere reso-
lutionem, et iactis fundamentis, fatum o-
pus a solo excitat, ubi modo celebris pere-
grinatio, et hominib' ad S. Landelinum re-
gionis causa proficiscentib' quoad animam

in v. d. d.

6
in vanden praedico sunt Religiosi. Qua de re Bru-
schius: Cella, inquit, Monachorum, hodie Etonis
Monasterium, Benedictini instituti, antiquis-
simum carobium ad nigram Silvam, prope Ken-
zingam oppidum, non procul a Rheeno situm,
fundatum legitur anno Christi ciciter 700.
a Wiggers Monacho, facto postea Ecclesie Ur-
gentinensis Episcopo, qui primum ei nomen in-
didit, ut Monasterium Cella s. Minnesen. Gall.
appellaretur. Promotus est ad Episcopale mu-
nus aetate iam profectior temporibus Caroli
Martelli. Qui, ut Guillimannus scribit, ex par-
te de bonis Episcopatus, et ex parte de suis, hoc
est, vel Canobij sui, vel illis, qua sibi ex pater-
na obveniant hereditate, in sumptus Canobij
impendit. Vixit sub idem tempus S. Pirminius
Meldensis Episcopus, cui in Alsatia partibus
tunc agenti pro construendo Canobio Mur-
bacensi opela et sumptibus Eberhardi Alsatia
ducis, locum ab eo rogatus concessit. Quinquennium
onus Episcopale sustinuit, et rebus exemptus est
humanis. Quem auctem factus Episcopus Cellis coniti-
tuerit Abbatem, incompertum habetur, sicut et quor-
undam aliorum subsequentiu non superest memoria.

Etto, sive Heddo, qui et Otto, Haddo,
et Eutho a Scriptoribus appellatur, a quo esse
nasterium nomen mutuavit; Cuius Parens fuit
Hugo Brisgoia Comes, qui et in alia loca Domi-
nium obtinebat: Avus Etto senior itidem
Comes, qui Arce, et Civitati p[er]manens initium
dedit; Frater Adelberti Ducis, et sanctarum
Attala, Eugenie, et Gundelindis prorum Vir-
ginum religiosarum Patris: Proavus Atticus
primus Alsatia Dux, qui et Ethico, et Adel-
ricus dictus fuit, S. Ottilie Pater: Abavus
Leudesius, seu Leuthericus, qui nobilissimum
de S. Sigismundi et Gottmari Burgundia Re-
gum prosapia uxorem duxerat consilio et
opela S. Leddegarii Episcopi Augustodunen-
sis, et Guazini Comitis de Butiers, loco Ebro-
ici; apud Childericum Galliarum Regem
Maior Domus Pallatii constitutus: Atavus
extitit Erchinoldus, ab alijs Erconaldus di-
ctus, Dux Francia, et apud Clodoveum Gallia
Regem Dagoberti maghi filium honore Maior
rum Domus Regia sublimatus, ipsius Regis Da-
goberti consanguineus, et princeps Francorum
nobilissimus. Ex hac igitur nobilissima, et gene-

7
rosissimorum Virorum inclita stirpe ortum
duxit. Quod autem quidam Emitem Habsbur-
gicum eum appellent, non perperam fit; somni-
tatus enim Habsburgicus cum ad Luitfridum
Cognatum suum devolutus fuisset, etiam ipsi
Eiusdem titulus, et agnomen competebat.

Cuius pueritiam Parentes eius Christiana fidei
rudimentis, et disciplinis imbuentes, cum postea
Religiosis Vallis S. Gregorij commiserunt, qui Mo-
nachus ibidem effectus non modo probitati, et mo-
rum integritati animum applicuit, sed ad stu-
dia quoque litterarum ingentium intendit, ut de-
functo loci illius Abbate, in locum eius suffici-
meruerit, anno à Christo nato 746.

Acceperat autem Pirminius Augiam maiorem,
quæ nunc Augia dives, vulgò Pirmisann nun-
cupatur à Carolo Martello Palatij Præfecto,
eiusq; iussu, et opibus amplissimum in ea insula
Monasterium constituerat. Suborta postmodum
cum Theobaldo Gotfridi quondam Allemannia
Ducis filio controversiâ, cedere eius potentie
et cupiditati coactus, quem post se relinqueret

Monasterij Praesidem, Heddonem, qui se illi
adiunxerat, ut alij plures ex principua Germana,
nia nobilitate, maxime idbaeum iudicavit:
Sed neq' eum diu in ea dignitate, et administra-
tione passus idem Theobaldus, quinto post anno
Monasterio Heddonem eisdem Brianiam Lon-
gus relegavit, illisq' Alpium faucibus, veluti
perpetuo carcere conclusit. Non tulit tam in-
signem iniuriam Carolus Martellus, magnusq'
exercitu Alemanniam ingressus Theobaldum
profligavit, Heddonemq' e Monasterio etugien-
si restituit. Franc. Guillimannus de Episc.
Argent. in Etone.

Biennio post Aegia discedens, ita ut 7. an-
nis universim Abbatiam illam administra-
verit, et quosdam ex conventualibus secum assu-
mens, in eorum gratiam renovavit, et de novo
condidit Cella Monachorum vetustissimum Cano-
bium, alias non splendide in ditione et distri-
ctu parentis sui edificatum, quodve deficien-
tibz inibi Religiosis inciperet desolari. Igi-
tur cum in disciplina, tum in aedificijs reparan-
dis, instaurandis, ampliandis locum celebrem
effecit, et quasi novum condidit Monasterium,

in quo 30. Religiosi Deo servientes sustentantur.
reatur. Quocirca in Monasterium surtes,
Decimas, Pasua, Silvas, Censur, et Proventus
annuos intulit, illudq; ex patrimonialib; ut
plurimum Anis magnifice dotavit. Verum
magna horum munerum ab Ettone largi-
torum portio interim, sive hominum, sive
temporum vitio Anobis adempta est.
Carlo d. Etto tum nobilitate generis, tum vita
sanctimonia clarus a Carolo Magna Franco-
rum Rege, postea Imperatore ad Episcopu-
pale munus Argentinensis Culepiae promotus
illud tanquam vigilantissimus animarum Pastor
integerrime executus est. Cuius Albertus
Mivacus in Chron. ord. S. Benedicti, mibi p. 168.
meminit, in hac verba scribens: Renovatum,
auctumq; est Cella Monachorum Canobium ab
Ettone Comite Habsburgico, qui eiusdem loci
primus Abbas fuit, ac demum Episcopus
Argentinensis. Similia Brunsibus in Chron.
Monast. German. v. Cella Monach. Sed ad vitam
eius, quam cum virtute sanctissime colebat, praes-
ter alios, Voltius ex Urspergensis, quando eius
ut in Abbatem Augiensem electi meminit, dis-

fertissime affirmat, s. Primitio in Regimine Virum
eque Sanctum Etionem successisse.

Videns autem s. inquit Winiphel. s. Presul p̄ssimus
Prælatos et Canonicos sua Ecclesia Argentinenſis
in datione præbendarum pro communitate infiri
tam pecuniam exigere, quam non, prout opus fue
rat, Fratribus, sed Prælati quidam latenter in
ter se dividebant. Eorum igitur Simoniam, quam
in conferendis Præbendis exercebant, corripuit,
sed cum ei non acquiescerent, Romam cum
Archiepiscopo Moguntinensi Cullo, et Joanne Con
stantiensi Episcopo pergens Carolo Magno hanc
rebellium Canonicorum labem detexit, qui edicto
precepit, ne quisquam de cætero per Simoniam
in Ecclesiam reciperetur. Fuit igitur magni
apud Deum meriti, et inter Germanie Epi
scopos sanctitatis opinione memorabilis:
qui ubi annis octo Episcopale munus administras
set, p̄re, sancteq̄ obijt anno a salute humano ge
neri restituta septingesimo octava, die deci
mo septimo mensis ^{ntis} Aprilis, sepultus, ut
creditur, in Monasterio a se constructo.

9
Hidolphus, Extracto itaq[ue] Anobis Eten-
nensis, et congregatis ibidem Religiosis,
cum Divus Eit[us] Episcopale munus suscepisset,
præfecit eis Abbatem, nomine Hidolphum,
id quod in suo Diplomate Testamentario cla-
re indicat in hæc verba: Constitui ibidem
Abbatem, virum reverendissimum nomine
Hidolphum. Quamdiu autem superviverit,
quemq[ue] successorem reliquerit, nihil quod
certo scribere licet, offendimus, cum flammis
voracib[us] sapius monumentis Monasterij consum-
ptis integer Catalogus Abbatum non reperitur.

Litholdus. Certum eorum regiminis
Reginoldus. Temp[or]e assignari nequit.

Wolffhardus præfuit Eitonensibus circiter
annum Domini 926. Sub cuius regimine exortum est
dissidium inter nostros Fratres, et Servos Mo-
nasterij Waldkirchenensis, quod modo
in Praeposituram versum est, super Honis, quæ
quondam vir boni et sani consilij Rudharius cum
coniuge sua Wisegarde Monasterio n[ost]ro tradiderat;

Quod dicitur Comes Burchardus vir aequissimus,
Præsentia sua Reginalinde præsentem, et testibus
multis Comitibus, Anno Dni. 926. Indict. 8. sub
Episcopo Argent. Richwind. Quando vero
et rich excesserit, litteraria monumenta non
inducant.

Conradus. In Proximo Friburgensi legi-
tur, quod celebritati consecrationis Ecclesie
Monasterij S. Petri in Silva Hercinia, a Geb-
hardi Sinsbantiensi Episcopo consecrata i die
Augusti Anno D. 1093. cum alijs vocatus in-
ter fuerit.

Conradus Junior. Sub eius regimine
Testamentum D. Ettonis renovatum est; Latino
Exemplari ita attestante: Renovata est
hæc charta et scripta a Juniore Conrado
Ettenheimensis Monasterij Abbate, anno
millesimo centesimo vigesimo primo, Indi-
ctione 13.

Sub idem tempus, Anno nimirum iiii. mense
Septembri Romanorum Rex Henricus V. Ar-
gentinam venit, ibiq; ad supplicationem Reli-

giosum

quosorum Monasterij nostri pro tribunali se-
dit, de rapina Donorum Monasterij per suum
nem Episcopum cum Episcopatus, tum Mona-
steriorum dissipatorem facta conquerentium;
qui sententiam tulit, quod nulli liceat Mona-
chorum, Canoniorumq; Præbendam vel auferre,
vel habere; oportuitq; Pervasores Imperato-
ri satisfacere rebus hactenus iniuste possessis,
in ipsius manum continuo resignatis. Rebus
itaq; Monasterio redditis, et aliquot annis
in usu retentis, Pervasores cognoscentes
Augustum a quibusdam tribulari, Dona præ-
dicta sibi denuo vindicare præsumpserunt.
Demum Episcopus sua dignitate exutus, et
Sede sua depulsus est, Anno D. 1122, vel 1123.
ut vult Tritheimius.

Wernherus postulatus ex Monasterio
S. Blasij Abbas, cuius sub regimine Altaria
in Wittelbach, Berlinbach, et Schwaighausen
Ecclesiarum ab Episcopo constantiensi Udal-
rico consecrata sunt. Eius Epitaphium in
S. Blasio cernere est in hæc verba: Wernherus
vir humilis, castus, hospitalis, et Paterfamilias

Congregationis optimus, e. S. Blasij (Probio assumpto)
Anno 1125. ad S. Landelinum, vulgo, Fednshaim n
münster Monasterium gubernandum evocatur,
cui cum laude annis fere 17. præfuisset, regimen
Fratribg, corpus terra, animam Deo, quem donec vi-
veret, unice amavit, pie coluit, ac timuit, lato
animo tradidit Anno 1141. Hic Abbas inter
fuit Comitjs Anno D. 1125, Argentina celebratis.

Friedericus Virtutem Wernheri Anteces-
soris sui odorem suavissimum imitatus ad
Etonici conventus preces eidem ex S. Blasio
ascitus sufficitur, cui ut virtutis, ac morum
integritate, sic rei gerenda laude, ac fama
fuit illi secundus, Ecclesiasticis imprimis pre-
monys summo studio deditq. Quamdiu sede-
rit, quandoq' obierit, incognitum est.

Burchardus, quem alij sanctum fa-
ciunt. Sed rerum abgestarum nulla superest
memoria. Praefuit Monasterio circa Annum
Christi 1111.

Godefridus. Abbas.

Hermannus de Burnern, hoc est, de

Fonte, Equestris Ordinis et dignitatis, no-
 bilisq; Alsata. Per id temporis eristi et misera-
 bili casu Monasterium ignibus conflagravit,
 versumq; est in cineres. Cumq; ad aedificiorum
 instaurationem necessarij sumptus non suppe-
 ditarent, Hermannus, habito cum suis consilio,
 Sacras S. Martyris Landelini reliquias, nimi-
 rum Venerandum eius Caput a duobus Fratrib;
 pagatin, et per oppida ac civitates circum-
 ferri iussit, quatenus p; homines pro Vene-
 ratione huius Sancti, qua ipsum prosequaban-
 tur, et precipuo quodam cultu venerabantur,
 impertita pecuniarum ope ad excitandas
 deus ades benigne ferrent suppetias. Ne-
 que defuere miracula, qua tam pro huius
 Sancti Martyris honore, quam pro conferen-
 da in Fratres facili; Alcemofina ostendere
 voluit DEUS. Obijt Hermannus Abbas in Mo-
 nasterio Schutterano Anno D. 1295. 18. Maij.
 Nicolaus Fulckesius Hermannus in

regimine successit, nobili genere natus, sub quo
Conradus Episcopus Argentinensis Rectoratum
Ecclesie in Wolzheim pleno iure Monasterio
nostro incorporavit, accedente Nicolai IV.
Summi Pontificis consensu, et auctoritate.

Hesso. Alzata, de Berlino, et ipse nobilis,
Abbas gessit titulum et Regimen Anno
1326. Sub quo fundatio, seu dotatio inter vi-
ros facta est Capellania Altaris S. Virginis
in Ettenheim, cuius Collatio perpetuo Iure
ad Monasterium nostrum pertinet: quam
quam ob reddituum tenuitatem longo iam tem-
pore proprius non proficitur Sacellanus.

Nicolaus Fulckesius II. Nobilis,
annum circiter Christi 1360. Regimen
obtinet, qui sub annum 1368. Transactione,
seu Compositionem Decimarum cum Alberto
Praeposito et Conventu Monasterij Htenu-
m, Ordinis S. Augustini inijt; diu si-
quidem desuper litigatum fuerat; Bona pro-
priae sibi decimaria habebat Monasterium no-
strum in Hanno Htenu; Praepositus
vero vice versa in Hanno Wolzheim: tandem in

ter eos convenit, ut Abbas Monasterij nostri
cas Decimas, quae alias D. Praeposito in pro-
prijs Bonis Banni Pötzheim; Praepositus ve-
ro, quae in Danno Hermannianys nobis ca-
derent, annuatim colligeret, servaretqz.

Jacobus de Eschbach, vir nobilis, qui
anno Dni 1396. a Venatore quodam mona-
steriali suo trucidatus est, quem propter
patratum aliquod flagitium comprehendi
visserat. Sepultus est in sinistro introitu
Turris, cuius lapis sepulchralis ad usum Ec-
clesiae noviter constructae amotus est.

Laurentius. Revolvendo antiqua
Manuscripta reperimus Jacobi successo-
rem Laurentium, qui anno Dni. 1405.
Succellanum ad Capellam D. Virginis in
Gomfium, unde supra, praesentavit.

Andreas, Kranich cognomento, ex
Patricijs Argentinensibz natus, successor
eligitur. Magna doctrina, et rara integri-
tatis vir, multa tulit, fecitqz Abbas pius;

virili et forti pectore res Monasterij recol-
ligere, tueri et defendere quidem ratus, co-
dere tamen Joanni Comiti de Geroldseck coa-
ctus est: is etenim Advocati nomen inaniter
gerens, in tantum Equis, Venatoribus, Canibus
et tam diu, multumq; sanobium afflixit, ut
ferme ad interitum devenerit. Quem cum
Abbas nec prece, nec precio flectere, et expug-
nare posset, gravissima corporis valetudine
mortem quaquam hora praesagiente, lecto affi-
xus, rem componendam alys subrogatis com-
misit, Abbati nimirum in Schutteren, uni
Stettmaister, et uni Ammaister Urbis Ur-
gentinentis, qui Lahra convenientes in Vi-
gilia S. Andreae Apost. Anno D. 1438. tran-
sigere, quatenus Monasterium Domino de
Geroldseck quotannis, ad triginta extendendo,
exsolvat quartalia Siliginis, totidem Avena,
et duo plaustra Vini: Sic his contentus post-
modum Monasterio parcat. Pepercit, sed si-
ut huiusmodi assolent, Conventus diu non stetit
mutato colore, antiquum reassumens, Monaste-
rium ut antea, aut etiam gravius molestavit,
et afflixit, et transactionem ad 30. tantum

anno

13
annos extendendam, vi, armis, metu, ultra
continuandam urfit, ut ad annum usq; 1606.
perduravit, de qua re inferiy plura.

Alia non minor calamitas bonum afflixit
Abbatem. Multi nobiles in vicinia circa
annu' 1429. septem vel amplius inter se
annis litigantes, litigio tandem in Mona-
sterium verso, id ipsum, et possessiones eius
invaserunt, ruptisq; portis, et ianuis manu
armata, more hostili intrarunt, Bonag' mo-
bilia omnia, una cum Equis, Robus, Vaccis,
rapuerunt, ac in praedam abduperunt, aliosq;
enormes excessus contra ipsum Abbatem et
Conventum exercentes, Monasterium ad fi-
nale exterminium profuerunt.

Verum tanto malo ut mederetur Wilhelmus
veneranda memoria Episcopus Argentiniensis
Rektoratum Ecclesie Ettenheimensis cum
omnibus Juribus, et obventionibus Monaste-
rii perpetuo univit, annexit, incorporavit
Anno Dni 1435. Quam unionem, et incorpo-
rationem corroboravit Diplomate Apostolico
Sixtus IV. Summus Pontifex Anno Dni. 1481.

Demum anno prefata Transactiois Geraldoseckiana
1438. repetit terram corpus Andrea, Spiritus
Calum, sepultus in Mausolao, Paradiso nuncupato,
ubi Antecessorum pleriq; suas habuere sepulturas.

Andreas II. De Uechtersheim, Vir genere
et virtute nobilis, praefuit non ultra tres annos.
Fuit in Hierosolimis, et in alijs procul disitis
regnis, antequam Abbas fieret. Sub cuius gu-
bernatione in cineres maior Anobij pars colla-
psa est. Obijt anno D. 1441. Sepultusq; quiescit
ante introitum Chorj.

Henricus Ruyff, quod nomen Latinis
pruinam sonat, Nobilis, patria Argentinen-
sis, Magistro Scabinorum natus Patre, eligi-
tur in Abbatem Anno D. 1441. per discordia;
aliqua enim conventualium pars patrocina-
batur R. P. Antonio Zannibul, et ipsi No-
bili; cum vero Antonio repudiato praefere-
tur Henricus, natum inde est proverbiale
Dichterium: Egelidam et sterilem Boeris nocuisse
pruinam. Verum Antonius hic paulo post

14
prapotentis Trevirorum Monasterij ad S.
Maximinum Abbas factus legitur.

Henricus noster Canobium sub Antecessore
in Cineres redactum egregie instauravit,
in super et Praesidens Provincia Moquantinae
ordinis S. Benedicti salutatus est. Et Viuis ex-
cessit Anno D. 1490. humatq in Choro ad Latq
Evangelij ad ianuam Sacristiae, in Febr. defuncto.

Hesso II. à Diersperg, Nobilis, anti-
quissima familia natus, ex Monasterij Deco-
nomo in Abbatem electus, Viri industrius,
et rerum gerendarum peritus, multa Mona-
sterio et iure, et precio acquisivit. Decimas,
et census Monasterij S. Trutberti, nimium
ab eis dispartas nobis coëmit; praeterea quae
Monasterium comparata à Principe et Conuen-
tu Eremiti D. Virginis, vulgò Einsidlem, atq
à Baronibus de Stauffen possidet in Riegel,
idem ipse emptor extitit, ut alia silentio
praetereamus; cum 30. annos Abbas super-
vixisset, et se cum semper in rebus gerendis
erga Monasterium praestitisset, ut meritam illi;

debitamque persolvere gratiam vix ullo pacto
quoad, mortaliu[m] valedixit conversationi, an-
no a Chr[isto] nato 1500. quarto die Julij, in
ipso Jubilaeo.

Laurentius Finger II. Villin-
gensis, eligitur in Festo S. Udalrici, anno
1500. Vir fuit egregie doctus, ac rei fami-
liaris gerendo graviter peritus, multum
prestavit nobis; curavit inter cetera
fieri Imaginem S. Landelini argenteam
auro intextam, artificiosa callaturam inci-
sam, totius S. Martyris vitam vivis quasi
coloribus preferentem. Fuit cum Abbate
Schutterano, Conrado Frick, qui se socios
in orta persecutione nominaverunt in Comi-
tibus Augustae Vindelicorum, ubi apud Cesa-
rem Maximilianum primum egit de
Advocacia, quam Caesar offensus a Dominis
de Geroldseck rapuit, Alberto Comite
Palatino Executore.

Tetigit autem eius Regimen Martini Luthe-
ri pestifera lues, et se, et Subditos, ne conta-
minarentur, vi, scripto, et exemplo defendit,

qui tamen nec se, nec suos à Rusticorum rabie
 tueri quivit. Inter alia diabolica illa rabies
 Sacellum S. Petri ad australem plagam incine,,
 rem vertit. Quanta fuerit in hisce partibus rabies
 illa, placuit apponere, quod nobis abs Rmo D. Ab-
 bate Adamo in Jennenbach anno D. 1629. ex
 antiquo Manuscripto communicatum est.
 De bello Rusticorum Anno 1528. Die Inven-
 tionis S. Crucis combusserunt Rustici Monaste-
 rium Jennenbach, tunc in eadem hebdomade
 comburebant Ettenheimünster, Schutteren,
 et Haiderheim: Marchio Ernestus de Hoch-
 berg, et Baden evasit cum octo Abbatibus
 Friburgum, quos inter et nostrum Laurentium
 fuisse non dubitamus. Rexit Monasterium <sup>hoc cur-
 turm est.</sup>
 summa cum laude annos 43. cum aliquot men-
 sibz, decepsit senio gravatus ex corporis mor-
 talis ergastulo, ad immortalis, ut pie cre-
 dimus, vite gaudia. Anno D. 1544. Li. Junij.
 Porro sub eo Rmo D. Casparus Riegger eodem
 exitiali Rusticorum Bello singulari pruden-
 tia rexit, et in meliorem statum restituit
 Maurimonasterium in Alsatia ad Vogesum mon-
 tem assumptus ex nostro Monasterio in illius

x) uermuthl. Zusatz von
 Meteler! ufr. zum aschne
 Pr

Loci Abbatem, rebusq' exemptus est humanis Anno
Dni 1547. ultimo Decembris.

QUIRINUS Weber, Ettenheimensis eligitur
Anno D. 1544. Praesuit annis quatuordecim.
Aedificavit quaedam in conventu, ut appensum eius
Insigne satis indicat. Sub eius residentie annis
Census nonnulli ab Abbate et conventu S. Trutberti
ante huc empti, venales sunt facti, quibus Monaste-
rium adhuc caret. Similiter in Teningen pars
quarta Decimarum, cum Decimis integris ex Can-
nabo, et Collatura Marchioni sunt hypothecata,
quavis per transactionem de Anno 1575. ali-
qua recuperata. Moritur 7. Decemb. Anno D.
1578. et humatus quiescit in Choro Fratrum.

Joannes Volmar, Gengenbacensis Quiri-
no succedit, Vicariam Ecclesie Endingann, eius,
cuius collatura ad Monasterium pertinet, curam
administrans, eligitur Anno D. 1578. Abbas,
qui postmodum anno D. 1568. die vi. Febr.
de Statione vita decessit. Verum abdicato diu
ante Obicium suum Regimine, imo vix inito, priva-
tam in nostris aedibus in Munsingenstr. iuxta Ecclie
siam fitis vitam egit.

16
Balthasarus Gumbertus, ex Priore Cano-
bii Gerzenbacensis postulatus et electus Ab-
bas Ettomonasteriensis Anno D. 1566. ipso Fe-
sto S. Catharinae V. M. Episcopo Erasmo consen-
sum praebente. Hic et numerum Fratrum au-
gere, et quadam aedificia reintegrare cepit,
erexitq' domum conventualem novo aedificio.
Defuit esse in vivis Ao D. 1582. 17. Januarij.

Laurentius Schütz. III. Secu-
laris primum Sacerdos, post in Monasterio
Ettom. habitum monasticum induens, uno
eodemq' anno factus ibidem Professus, et Ele-
ctione Abbas, Episcopo ita volente, sub annum
1579. Tandem praeficitur et nostro Canobio per
modum postulationis introductus Anno Dni
1582. Rexit Monasterium Altorffianum annis
14. nostrum ad annos 10. varie agitatus,
multaq' morbo divexatus et afflictus,
placide tandem ex hac arumosa vita decedens
Molsheimj, sepultus est in Canobio Ettom.
Anno Dni. 1592. 29. Maij.

Severinus Wagnu, ex Priore Mo "

nasderij in Abbatem electus, qua via, et ratione
nunc dicendum restat.

Laurentio Bullasio morte defuncto excidium
pene fatale Monasterio nostro subsecutum est,
dum post obitum R. M. S. Illustrissimi Princi-
pis Joannis Episcopi Argentinensis scisma ex-
ortum est inter Canonicos, seu Capitulares summae
Ecclesiae Argentinensis; alij enim qui ad huc sanctae
Fidei, et orthodoxae Aegly Religionis dogmata
tenebant, serenissimum Principem Carolum
Ducem Colbaringiae, Caroli Cardinalem, et
Episcopum Metensem. Alij iam pestifera
Kulseri haeresis contagione infecti postulando
praesse voluerunt Administratorem Joan-
nem Georgium Brandenburgensem Maritimo-
nem adhuc in puerili aetate constitutum;
Aei componenda causa Imperator Rudolphus
II. ne pax publica penitus interturbaretur,
transactionem per interim fecit fieri, in hunc
modum, ut Marchio Brandenburgicus Dach-
stein cum pertinentibus; Praefecturam Etten-
heim, Rhinau, et alia quaedam possideret;

reliqua verà Cardinalis Sotbaringus.

17

Marchio cupiditate regendi non quidem pue-
rili suo ingenio, sed ab alijs edocto, se Ordinarium
et Episcopum passim spargebat, ea propter se-
pius apud Monasterium novi Abbatis Electio-
nem urgens, instituendi modum suggestit. Re-
clamavere quoq' supius et Abbates vicini, et
Patres ipsi; verum Delegati, et Commissarij vi-
viag' facti procedentes, secumq' adducentes
Joannem Casparum Brunner Monachum Pro-
fessum Gengenbaccensem, postulatum in Schwarz-
ach Abbatem, sed Abbacia suis demeritis de-
stitutum, atq' extra Canobium per idem temp'g
Offenburgi pro libitu vitam agentem intruse-
runt; Fratres tamen Obbedientiam illi nullatenus
praestiterunt, sed subductis rebus quibusdam
pretiosioribq', et Monasterij documentis in
Oppidum Priegel contenderunt, eosq' sensus, qui
sub domo Austriaca obveniunt Monasterio, in
suos usus et alimoniam collegerunt. Intrusus
autem sibi arripuit ea, quae in Praefectura statnu-

Inim annuatim cadunt, quin etiam ex requiritio de-
venit, ut indultum testandi a Pseuloe piscopo ex-
terferit. Tandem ut vixit, morixit, in ^{scriptam} terram a
quibus defossus Anno D. 1600. mense Aprilis. Ma-
vero, quam vivens secum aluerat, Argentina,
in flumen Brüsche sese precipitando, interiit.
Monstro hoc sublato Fratres voto pari Praelatum
publicando elegerunt in Riegel annuente se-
renissimo Cardinali, servatis servandis, 6. die
Maj. 1600. memoratum R. D. Severinum ^{Woyt},
virum aetate gravem, moribus maturum, et bene
de sanobis meritum, reclamantibus licet Bran-
denburgicis. Tandem re utcumq' composita 10.
Septembris, eiusd. anni, et Brandenburgi in
Electionem factam consensum praebente, ra-
tificata, electus approbatus, familia, et Sub-
diti, ad iuramentum sub Electo praestandum
adducti sunt. Verum hac auro serenitate diu
usus non est Severinus, nam Anno D. 1605. 27.
Aprilis ex hac luce subtractus, in Choro Ecclie
sic tumulatus est.

Christophorus Ernestus a Tengen,
ex Priore Monasterij in Regimine Successor
electus 1 die Maj. Anni 1605. Vir magno et ge-

neroso praeclitus animo, nihil abiectè aut cogi¹⁸
tans aut faciens; qui tempore Brandenburgico
nulli labori, nulli vitæ periculo pepercit, quatenus
Iura Monasterij, Privilegia, Consuetudina, et sancta te-
ta conservaret. Fuit interea compressis humanus,
omnibus charus, regendi lege apprime doctus.
Is inter alia hoc sub brevi Praelatura sua curri-
culo laude perpetua dignum gessit: quod Advo-
catiam de potestate Domini Comitis de Gerolds-
eck ob servitiam eius in nostros subditos, Violentiam
omnium iurium Monasterij, et quod fau-
dum, ut proprium bonum in summo tribunali fame-
ra iactaret ita eripuit solerti sagacitate, ut
Serenissimus Cardinalis eandem sequens cura ad-
dixerit sub Ambtmanno Eitenheimiano, donec
circa annum 1628. certis legibus cum Episcopatu
totaliter est composita, quamquam magis impen-
sis. Cinxit Conobium muro, antea cuius ad-
tum patente. Sedum Abbatiale novum mira-
et stupenda arte elaboratum, cui longe lateq;
simile non erat reperire fieri curavit, deorna-
tum tamen postea male sub Francisco Abbate,

luxatis hinc inde sculptis imaginibus, quae tamen
sine magnis impensis firmari et constabiliri potuis-
sent. Cepit etiam album augere Fratrum, quem
sic auctum conservasset, et ampliasset, nisi immatura
morte preventus, qua 29. Maij, Anno D. 1608. ab
hac luce substractus est, sui desiderium relinquens,
sepultus in Choro Ecclesiae.

Christophorus Neubler, II. Patria En-
gensis, conventualis et Prior in Monasterio
Schutterensi, qui et hoc loco per tempus aliquod
vices Prioris obivit. Cuius Electio ratificata, pub-
licata, confirmataq; est Anno D. 1608. 14. Septemb.
Fratribus nostris eo tempore aetate ad onus Pra-
latura carentibus, si excipias unum, qui tamen ob
deformitatem quandam corporis respuebatur.
Praefuit laudabiliter annis 14. Pertulit Marchio-
nis Badensis rabiem in Alsatia Anno 1610. Circa
annum 1622 casu quodam infelici superioris pe-
dis partem, dexteri nimirum ita perfregit, ut
nullis Medicorum, aut Chirurgorum consilio, ar-
te, aut balneis restitui, et integre sanari potuerit.
ita morbis ingravescentibus ultimum clausit vitae
diem ultimus Octobris Anno Dni 1623. Sepultus
ante summum Altare.

Casparus Anignus, hoc eodem anno, ad diem 19
in Novembris facta Electione R. D. Casparus
Geiger Engensis, Monasterij Superior in Abba ..
tem electus est. In administrandis et disponen ..
dis rebus domesticis diu noctuq' laboriosus, in
exarandis, et formandis ad diversos hominum
status conceptibus insignis, in construendis, et
aedificandis aedibus indefessus, in conventu novas
aedes erexit, Ecclesiam S. Wandelini M. renova ..
vit, et ampliavit; in plantando Fratrum Reli ..
giosorum, et suo tempore idoneorum albo stu ..
clusus, invenit namq' 5. vel 6. Fratres, reliquit
iq. Patres et Fratres: numerum, Religiosorum
ad 30. iuxta Fundationem Restauratoris com ..
plere statuens, ipso paulatim effectu ostendis ..
set, nisi turbulenta, et calamitosa Suecici Sue ..
cici Belli rabies in Germania, imperioq' roma ..
no grassans, et iam annis 28. durans inter ..
venisset. Etenim anno 1633. Streiff ille nobi ..
lis a Cowenstein Lahrensis, id temporis Exer ..
citus Regis Suecicae belli Dux, et Generalis secundq
sub praetextu et titulo Donationis, sed iniusto, et
illicito a Rege Suecicae facta, et illi concessa. Resisten ..

tia et protestatione Abbatis, et conventus se-
cundum canones, Jura, et S. Ordinis statuta
crebriore adhibita, sed plane irrito labore sine
effectu, si enim militari, manu armata Mona-
sterium invadens, suis cum Officialibus Reditus,
Census, Decimas possidere, Donisq; Monasterij
ad annum usq; ibiq; uti cepit, conventualibq;
expulsis, in peregrinas, et extraneas nationes
amandatis, Dominusq; Abbate capto, et in
captivitatem abducto, quippe qui Subditorum
gratia in necessitate invadendorum ut fidelis
Pater domi remanserat. Verum fecus accidit,
cum non ille Subditos, sed Subditi illum invare
coacti sunt. Nam Kenzingam deductus, fado
ibi, et tenebrioso instar malefici inclusus est
in carcere. Pro quo liberando magna Sub-
diti pecuniarum summa astricci, qui tempore
ribus licet parum secundis, imo infaustissi-
mis vitam agebant, et varijs incommudis, et
pressuris urgebantur, penderunt tamen, utut
potuerunt ad liberandum eum postulatam ab
Exactoribus pecuniam. Qui liberatus paulo
post in Oppido Pannum in nostris edibq;

apoplexia

A poplexia tactus per aliquot hebdomadas iacens, et in²⁰
explicabiles dolores sustinens, tempore Autumnali
Anno 1634. placide in Dño dormivit, in Ecclesia
Ettensheimensi in medio Fori sepultus.

Placidus Vogler, natione Suerus, patria
Egensis, parvus quidem staturâ, et obeso corpore, sed
magnus autem in Philosophicis, et Theologicis (quæ
ceptibus. Convocatis ex Episcopis Patribus Selestadium,
ubi Electio indicta, eligitur ad M. R. Placidus
Vogler ex Priore Monasterij, tunc temporis Exul in
Monasterio Montis Angelorum, Episcopo Electione
confirmante, et Benedictionem, consecrationem, seu
Pontificalium porrectionem ob periculosum Belli
statum alibi acceptandam concedente. Monasterium
inter spem, et metum unius anni spatio cum dimidio
gubernans denuo cum conventualibus partim a Casa
riano, partim à Suevis milite canobis expellitur.
Lares helveticos repetit, in Monasterio S. Galli
suscipitur, et per aliquot annos benigne habetur,
incipit ardere Podagra doloribus, et tandem pericu
lose et graviter aliarum accessu corporis infirmita
tum decumbere. Sentiens igitur extremum sibi vitæ

diem imminere, salutaribus Ecclesiae Sacramentis
provideri curavit, qui ^{hys} praemunitus placida
morte quiescit in S. Galli Monasterio, regiminis
sui anno undecimo cum aliquot mensibus, anno a par-
tu Virginis 1646. Die 13 Febr. sepultus in Capella
S. Petri.

Amandus Rindmüller Ebringensis,
Brisgovius. Anno D. 1646. Patres conventuales,
Numero 7. ceteris in Exilio defunctis, ex diver-
sis et remotis locis ad S. Galli Monasterium
legitimè citati elegerunt servatis servandis R. P.
Amandum Rindmüller conventualem, tunc tempo-
ris in Exilio Parochum in Cappel, Comitatus Rorsch-
burgici, Jurisdictionis Monasterij S. Galli pago.
Factus igitur Abbas humanum ac laboriosum se
ostendit. Verum ob durum et grave inquieto hoc
belluoso tempore in rerum domesticarum admini-
stratione curanda initium, aliasq' causas intricatas,
sive apprehensiones dignitati Abbatiali resigna-
re statuit, sed obtulit Episcopus, a quo ei et honor,

et Labor, ut Pastori, non ut Mercenario, et
 Fratribus nova Obedientia sumili manuum
 porrectione Abbati prestanda sinceris ver-
 bis imponitur. Hic Abbas Prædium ru-
 sticanum, vulgò: Die d'umüßnu, cum pratis,
 et alijs attinentijs ad Monasterium cœmit.
 Sub eius regimine anno D. 1650. 21 Februarij
 circa horam secundam pomeridianam, ex incu-
 ria alicuius Rustici Templum Monasterij cum
 tribus turribus, campanis, Altaribq; igne con-
 sumptum est. Accusatus de mala Admini-
 stratione Abbas, ad sedandas Fratrum querelas
 denuo resignavit, cuius resignatio libenter ac-
 ceptata est et anno 1652. Die 17 Januarij. multo
 postmodum supervixit tempore.

Interim dum Debitis ceremonijs novus elige-
 retur Abbas, A. D. et S. Arbogastus d'ausold
 Novitiorum Magister in Administratorem
 sublectus est. Erat is statura corporis, et vultu,
 et sermone maiestatem quandam, eamq; gratiosam
 præferens, et quando in Ecclesia ex suggestu
 ad populum dicebat, ut erat concionator insignis,
 mirè tenebantur homines, eratq; quem vulgus

in ore, et honore ferebat, et suscipiebat, Abbatia
sua dignitate ut afficeretur meritis; impiger
enim et industrius, suorum Officij diligentissi-
mus extiterat. Verum apud aversos Seniorum
animos, Juniores huic sibi praeferre nolentium
isthaec omnia nihil effecerunt, Sed habita inter
se consultatione, unum ex Patribus Helvetias ad S.
Galli Monasterium destinantes, inde sibi Abbatem
postularunt.

Franciscus Hertenstein ex S. Galli sa-
nobis postulatus Abbat 1653. 8. Julij, Rosa-
centis, Helvetus, Vir omni probitate conspicuus,
et B. V. Mariae cultui imprimis addictus, in cuius
Festivitatibus, ac Dominicis Rosarij mensuris
ipse suggestum ascendere, deq; rebus divinis ad pro-
pulum dicere solebat. Artis Musicae, organicae q; pe-
ritissimus. Et quamquam ad res temporales et do-
mesticas gerendas tardior videbatur, ut tamen
potuit, nihil duxit negligendum, Adversarijs Mo-
nasterij se murum opposuit, idq; ore alieno exsolvit.
Animarum suae curae commissarum, et Disciplina

regularis

22
regularis ad normam Sangallenſium Religioſorum
reformanda rationem ducens potiffimam. Interea
quoad victum et veſtitum modo et more Sangallen
ſium abunde omnia ſuppeditans. Erat quoq; in
eo mira loquendi gratia et feſtivitas, quam obre
apud Principes et Magnates gratus et acceptus
habebatur, adeo, ut quorundam eorum gravibus
in cauſis Legationibus fungeretur. Et exiſtens
Congregationis noſtrae Benedictinae Viſitator, ad
eam augendam et conſervandam cogitationes ſuas
conferbat; hinc cum res Monasterij Schutterani
paulatim ad ima vergere videbantur, ut meliores
in ſtatum verteret, inſignem illum virum Blaſius,
S. Theologiae Profefſorem ex S. Blaſij Canobio
evocatum in Abbatem eis preſentavit. Simili
modo Schwarzaceniſi Monasterio, rebus eorum
ob gravia eoruſq; contracta debita nutantibus R. D.
Gallum virum Doctiſſimum ex Canobio Rheno
vienſi accitum praefecit. Poſt haec ad aedifican
dam Monrij noſtri Baſilicam, ſub Amardo Abbate
exuſtam ſe contulit, quam a ſolis excitans ad culmen
perduxit, Altaribusq; inſtruxit: Turres duas maiores
redintegrando ſtatui antiquo reſtituit, tertia ^{minori} ~~reſtituit~~

ā fundamentis erectā. Tandem Senio, et graui corpore ..
ris infirmitate gravatus, perceptis Ecclesię Sacra ..
mentis ad vitę terminum Dari consuetis in solemni
Festo Sanctorum omnium ē vitę ad eorum consortium,
ut pię credimus abivit. Anno Dñi 1686. in Ec ..
clesiā a se constructa sepultus.

Maurus Geiger, itidem Korsacensis ex Gre ..
mio eligitur Anno Dñi 1686. is. Novembris.

-1704

